



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

2 Pleno possessas dabt abbas jure capellas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

oblationibus, cenobiiis & xenodochiis, qualem voluerint & poterint sustentationem impendant. Libentius enim monachis, & spiritalibus viris Deum timentibus & contentibus, decimas & oblationes, cum laque remedia concedere, & de parte suo in dominium illorum, & ulum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem, quam religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quassivir, utrum istos decimarum & oblationum secularibus provenire possit, novit vestra sanctitas omnino non licere, protestantibus hoc divinis auctoritatibus paternorum canonum. Quam ebreum, si aliquando fuerint ab his male detenta, qua divini juris esse noscuntur, & in ulum transferantur monachorum & servorum Dei, Episcopo tamen loci illius praebeante consensum, confirmatum, & omnia perpetua firmitate & stabilitate subnixia. ¶ Clericos autem illos conveni ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur. Quia autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

¶ *Supra etiam i. q. 2. clericis, pars huius capituli citatur ex B. Hieronymo, in cuius, qua extant, scriptis nihil hisse definitum est.*  
 De praedictis autem, qua a ceteris eorum coluntur, sic definitum in Mozontina concilio, [Quaestio sunt praetera, &c.] supra ead.

QUESTIO II.

**D**e capitulis vero, qua ab eis possidentur, quod per eorum institutionem a sacerdotibus sint gubernanda, Ioannes Papa probat, scribens Isaac Syracusano Episcopo.

C. I. ¶ Presbyteri in monasteriorum ecclesiis per Abbatem instituantur.

Vlris literis charitatis vestrae, quibus satis perpenditur, quanto studio huic sanctae sedi reverentiam exhibetis, non modice gavisi sumus. Nunc itaque super ea qua consultuistis, ut charissimo fratri, benigne discretum consilium damus. Delegavit enim nobis pia mansuetudo vestra, utrum ecclesiae pro quiete monachorum a sanctis conciliis, catholicisque Episcopis eis traditis, per sacerdotes ab eis ordinatos & investitos debeant institui. Adidit quoque fraternitas tua, licentiam & seditionem inter clericos, monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod investigatione veritatis hostis esse factum nemo ambigat. Habet b enim mille nocendi modos, nec ignoramus alluitas eius. Conatur namque a principio ruina suae unitatem ecclesiarum dulcedinem, invidiam vulnerare, sanctorum operum dulcedinem, invidiam felle inficere, & omnibus modis humanum genus evectere & perturbare. Delet enim fati, & erubescit charitatem, quam in caelo nequivit habere, homines constantes ex lucea materia tenere in terra. Unde oportet (quantum fragilitati nostrae conceditur) ut omnes aditus nocendi eius veritatem diligentissime muniamus, ne mors ingrediat per portas nostras. Consilio itaque malorum fratrum diligenter exequuto decrevimus, ut amodo ecclesiae monachis tradita per suos sacerdotes instituantur. Divina enim leges habent, & secularis, ut cuius est possessio, eius fiat institutio; & si in dando, quod majus est, facilis fuit charitas, sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. Majus enim fuit possessionem dare, quam sit investituram concedere. Quo modo possessoris iura cognoscuntur, & suorum e rerum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est, per alterum datur, & cum voluerit, auferitur? Humani moris est illum vereri, cuius iudicio & voluntate nunc

a i. q. 2. clericos. In regula monachorum, c. de paupertate, habentur quaedam similia. b 2. Cor. 2. c. et. suorum sibi.

erigitur, nunc deprimunt. Vnde fit, ut in partem Episcopi ad servendum sacerdos procliviter fiat: & sic Episcopus, quod sancte & religiose dederat, quantum facultate auctoritate ad se trahat. Sic itaque privatam auctoritatem quam consecutus fuerat, tum quia haec dicitur, aut fert quod dederat, tum quia pravum sacerdotum auctoritatem, & seclitatem amantium, lites & dissensionum inter Episcopos seminantium, verbis minus facta, tunc lites, quod prius fuerat molestatur lucra, post deinde stande conatur quaedam usurpatione ex toto auferre. Quorum avertentes b calliditates, & huiusmodi institutiones, deinceps omnibus licentiam monachorum suarum ecclesiarum investitores fieri: in tantum in concilio synodi, si contra sacerdotium agere peccatum multentur, & felici mucrone Episcopi sacerdotum culpa recedant.

¶ *Capitulum est cum aliis, qua ex antiquo codice monachorum sunt habita: ex cuius codicis exemplo & analogia, huiusmodi sunt emendata.*  
 Hinc auctoritate monachis conceditur investitura suarum ecclesiarum. Sed videtur contraire Virbanus Papa II. decessor. Post haec verba in exemplaribus, in quibus non sunt praedicta, tur e. sane. In quatuor autem his interpositis palam videtur, quod agitur, & haec prior est in concilio Mozontino prima sententia repetitur in 2. c. 10. & in 3. c. 17.

C. II. P. A. L. E. A.

**A**dmonemus e, atque precipimus, ut decimas, quae dantur Deo non negligatur, quas ipse Deus desiderat: quia timendum est, ut quisquis Deo decimas subtrahat, ne forte Deus per peccatum auferat ei necessaria sua.

C. III. ¶ De eodem. P. A. L. E. A.

Item Nicolaus Papa II. epist. 100.

**P**recipimus, ut decimas & primitias, seu oblationes vivorum & mortuorum ecclesiis Dei dantur a laicis, & ut in dispositione Episcoporum, quas qui retinuerint, a sanctae ecclesiae communione parentur.

C. IV. ¶ De eodem. P. A. L. E. A.

Item Leo Papa.

C. V. P. A. L. E. A.

Item Ambrosius sermone primo de Quadragesima.

**N**am qui Deo non vult reddere decimas, quae sunt primitiae, & homini non studeat reddere, quae sunt oblationes, non timerit adire Deum, & agnoscere vera poenitentia, veraque confessio. In talibus potest veram & tacere elemosynam.

¶ *Habetur in sermone primo de Quadragesima, ubi dicitur: Ecce nunc, qui cum aliis b. Ambrosii sermone praedicti datur in bibliotheca Vaticana, ac servatur in Bibliotheca B. Ambrosii.*

C. VI. ¶ Abbatibus ab Episcopis in parochialibus ecclesiis Presbyteri non ordinentur.

Item Virbanus II.

**S**ane quia monachorum quidam Episcopos, qui aufferre contendunt, statumque, nec in parochialibus ecclesiis, quas tenent, ab Episcopis parochialibus Presbyteros collocent, sed Episcopi parochiales, cum Abbatum consensu sacerdoti committant, quomodo sacerdotibus de parochia quidem cura Episcoporum ad monasterium pertinentibus debentur, exhibeant, & sic sua cuique iura serventur.

a aliter abbatibus b aliter dicitur, c. de paroch. par. 2. 197. Par. 1. 2. c. 17. d. aliter dicitur, e. de paroch. par. 2. 197. Par. 1. 2. c. 17. f. aliter dicitur, oblationes.



parochialis ecclesie Presbyteri per Episcopos instituitur, qui eis respondeant de animarum cura, & his que ad Episcopum pertinent.

C. VII. Quæstio V. monachorum Ecclesia

Item ex Concilio apud Florentiam habito. Statuentium nobis est, quatenus ecclesie quorumcumque in singulis parochiis sint, Episcoporum, ut deest, divinitus subdantur regimini, eisque debent obsequia exhibere.

Item Urbanus Papa prohibet investituram parochialium ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis concessit. Sed illud Ioannes Papa intelligendum est de illa capella, qua cum omni iure suo ad Episcopum monachis conceditur. Istud autem Urbanus intelligit de illis, quas Abbates in propriis prædiis adificavit in illis, vel in castellis suis.

QUÆSTIO V.

Volens contra ordinis rationem, ut inter secundam & tertiam questionem quæstio sit posita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus per vetustatis, in secunda questione sunt omnes canonibus quibus constat quinta quæstio: deinceps sequitur tertia & quarta cum suis capitulis, ut in vulgaribus codicibus: tum tertia Gratiani, quæ in vulgaribus habentur inter sextam quæstionem, & confectio, saltem quædam quæstiones: reliqua vero sextam. Verum hæc, quæ non continentur, esse quintam quæstionem, ex præfatione ante eas facta perspicuum est. Et postea Gratiani ista idem rationem hanc mutat, quæ argumentum quibus quæstiones quædam sequuntur est, quæ in fine secunda dicitur. Quam ab ea, quæ in præfatione est, est derivata illorum duorum codicum, & sequitur aliam citandam canonibus sub quinta quæstione, restans est nihil sit mutandum.

Item, est, quæ territorium habent, tamen potestatem gubernandi populum, & spirituales ministrandi non habent. Quod etiam de Episcopo intelligendum est.

C. I. Episcopus qui in alterius diocesi ecclesiam adificat, eius consecrationem sibi vindicare non valet.

Item Nicolaus Papa ait.

Quis & Episcoporum in aliena civitatis territorio pro quacunque suorum opportunitate ecclesiam adificare disposuit, non præsumat dedicationem facere, quæ illius est, in cuius territorio ecclesia alligatur. Adificatori vero Episcopo hæc gratia referretur, ut quos desiderat deinceps in re sua ordinari, ipsos ordinet, in cuius territorio est, vel si ordinari jam sunt, ipsos habere acquiescat, & omnia ecclesie ipsius gubernatio ad eum, in cuius civitatis territorio ecclesia fuerit, pertinebit.

Item Antonius circa ea Anagnini, in cuius territorio ferè idem legitur.

C. II. Basilica noviter condita ad Episcopum pertinet, cuius conventus esse constituit.

Item ex Concilio Toletano IV. c. 30.

Possessio & territorium conventum non admittit ideopossibile, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt Episcopum, cuius conventus esse constituit.

Item Concilio Toletano IV. c. 30. Sicut dicere fecim alienam tricennalis possessio tollit: ita territorii conventum non admittit, &c. ut supra c. 30. si de diocesi.

C. III. Episcopus in diocesi alterius ecclesiam consecrare non potest.

Item Gregorius in l. 1. epistolæ, ad Ioannem Sabellianum.

ad confirmacionem, b. Anselm. c. 3. sup. ead. g. 3. si de consecratione. Bur. l. 1. c. 107. l. 107. p. 3. c. 107.

Lator a presentium Ioannes, frater & coepiscopus noster, indicavit nobis, quod quidam Imperatoris Episcopus auri temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit, idque sine præcepti auctoritate contra morem prædilecti dedicavit. Missasque illic publicas celebrare non metuat. Quam rem cum summa te celebrata, ac disticta convenit emendare, nec ulterius tale aliquid attentare permittimus.

¶ Noster. Hæc loca in epistola ipsa interjunctum multa. Quod de iure ordinandi, non possident intelligendum est. Hæc auctoritatibus facile perpendi potest, quod sine Abbate, sine Episcopo in suis castellis, vel villis ecclesias adificaverint, non idem Episcopo, in cuius diocesi fuerint, conventus admittitur: & idem facientes, iuxta illud Urbani & Nicolai, in eis non nisi per Episcopum, cum consensu tamen & electione adificaverint, ordinari possunt.

QUÆSTIO III.

¶ Vad autem prescriptione temporis omnia iura tolluntur, prohibetur auctoritate Chalcedonensis concilii, & Gelasii Papa, & Toletani concilii. Prima hæc est.

C. I. Rusticana parochia apud Episcopos, quæ eas possident triginta annis sine violentia, permittuntur immobilis.

¶ Per e singulas ecclesias & parochias rusticanas, sive in possessionibus, manere immobilis apud eos qui eas retinent Episcopus decernimus: & maxime si sine violentia eas jam per triginta annos tenentes gubernaverunt. Si vero intra triginta annos facta fuerint, aut fiat de his dubitatio, liceat eis, qui se dicunt laicos, propter eas movere apud synodum provincie certamen.

¶ Caput hoc est in præfata versione, quæ est in collectione Istorici, atq. ex ea cum duabus Vaticanis eiusdem collectionis edictis collata est emendatum.

¶ Ecclesie. Apud Bassanum in codicibus manuscriptorum legitur, xab' ead' l'io i'ra p'p'io, id est, in unaquaque provincia. Sed in Græco canone vulgato, xab' ead' l'io i'ra p'p'io.

¶ Sive in possessionibus. Græci est, & γροικιας περιουσιας, h'nis & γροικιας. id est, parochias quæ in rurbibus, aut quæ in vicis & pagis sunt.

C. II. Triginta annis ab Episcopi possessa, immobilis permittuntur diocesi.

Item Gelasius epistolæ ad Sicardum, c. 11.

¶ Basilicam & nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates ecclesie Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc etiam eis sitimimus dari, quod hæcenus decretum est: reliquum sibi Episcopi vindicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largiores esse possint. Idem ibid. c. 2. ¶ Illud f etiam annecti placuit, ut si, quod abbat, facultates ecclesie, nec non dioceses ab aliquibus possidentur Episcopi, iure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit: quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas.

C. III. Territorii possessio conventus non admittit.

Item ex Concilio Toletano IV. c. 30. Sicut & diocesan alienam tricennalis possessio tollit. Ita territorii & conventum non admittit.

a Anselm. l. 1. c. 37. Poly. l. 1. ut q. 3. b celebratio. c In Chal. c. 17. & in sexta syn. c. 3. Poly. l. 3. ut. 11. Anselm. c. 26. Bur. l. 1. c. 107. p. 3. c. 107. Panorm. l. 1. c. 64. d Alitercatio. e Poly. l. 3. ut. 12. l. 100. p. 3. c. 107. f In g. c. 1. l. 100. p. 3. cap. 107. Bur. l. 3. c. 107. Panorm. l. 1. c. 65. g sup. ead. g. 1. possessio. Poly. l. 3. ut. 12. Anselm. l. 1. c. 37. Bur. l. 3. c. 107. l. 100. p. 3. c. 107.